

dicitur Matth. XXIII, 14. Luc. XX, 47. Marc. XII,
 40. optime GROTIUS hæc annotat: *plura a nobis,*
qui Doctores aliorum sumus, requiret Deus, quam ab
aliis; quod si hoc verum in iis, qui aliorum judicio mo-
rem gessere, quanto magis in iis, qui se ingerunt, invoca-
ti? conf. c. l. Matth. XXIII, 14. Hebr. XIII, 7. Offi-
 cium docendi comitatur major, uti peccati, ita &
 damnationis, occasio & periculum.

§. IV.

v. 2.

Ρολλά γαρ πταιομεν ἀπαντες· Εἰ τις ἐν λόγῳ ὃν
 πταιει, δύτος τέλειος ἀνηρ, δυνατὸς χαλιναγωγῆσαι καὶ
 ἄλον τὸ σῶμα·

πολλὰ γαρ πταιομεν ἀπαντες·) Veritatem hanc
 multis in locis Scriptura Sacra inculcat, vid. 1 Reg.
 VIII, 46. coll. 2 Chron. VI, 36. Hiob. IX, 2. Ps. CXXX,
 3. CXLIII, 3. Prov. XX, 9. Coh. VII, 22. Syr. VIII,
 5. (Germ. 6.) XIX, 16. 1 Cor. IV, 4. 1 Jo. I, 8, 10.
 Quod ad verba textus attinet, 1.) in verbo πταιει
 est similitudo ab iis petita, qui negligentius in via lu-
 bri-

brica ambulant, & HESYCHIO synonyma sunt
 $\pi\pi\tau\epsilon\nu$, $\alpha\mu\alpha\tau\alpha\nu\epsilon\nu$, $\sigma\phi\tau\lambda\lambda\epsilon\nu$. quandoque autem
 $\pi\tau\alpha\nu\epsilon\nu$ & $\pi\pi\tau\epsilon\nu$ distinguitur, ut Rom. XI, 11.
 2.) ante πολλα subaudiendum $\pi\pi\tau\alpha$, cum $\pi\tau\alpha\nu\epsilon\nu$ sit
 intransitivum, adeoque non, ut activa, accus. rege-
 re possit; etiam DEMOSTHENES cum *accus.* con-
 struit, $\pi\pi\tau\alpha$ per Ellipsis omissa, æque ac cum
 præpos. $\epsilon\nu$, $\epsilon\nu \tau\pi\pi$; uti mox: $\epsilon\nu \lambda\omega\gamma$. Sensus est: in
 multis *rebus*, multisque *modis*, adeoque & *sæpe*, ut
 πολλα idem sit, quod πολλακις, quo sensu habetur
 Matth. C. IX, 14. Rom. XV, 22. ubi additur artic.
 $\tau\alpha$ $\epsilon\nu \tau\pi\pi \epsilon\nu \lambda\omega\gamma \delta\upsilon \pi\tau\alpha\nu\epsilon\nu$) Si quis non modo in
 multis non peccat, sed etiam ne *sermone* quidem, vel
verbulo. Cum in multis, inquit, offendamus omnes,
 in verbis tamen lapsus est facillimus in omnibus, &
 periculosissimus in Doctore & doctrina religionis;
 & qui ne *verbulo* quidem impingit, is demum est
Vir perfectus. Οὐτος τελειος ἀνηρ) 1.) Doctissimus
Annotator ad Benson. subst. ἀνηρ per *comma* dirimit
 ab adjectivo τελειος, construens illud cum sequenti
 δυνατος, a) quia gravis sit græcis auribus construetio
 τελειος ἀνηρ, adjectivo ante substantivum posito; sed

C 3

bene

bene est, quod ipse fateatur, eam a legibus grammaticis non omnino alienam esse; Certe non sine emphasi præmitti solet adjectivum, ubi *nervus* orationis in eo situs est, cum accentu ea propter pronunciandum; sic μακάριος ἀνηρ C. I, 12. τον ἐμφυτον λογον v. 21. ρύπαρα ἔδητι C. II, 2. το καλον ὄνομα v. 7. ἐπερα οδω v. 25. μειζον κριμα C. III, 1. ολον το σωμα v. 2, 3, 6. σκληρων ἀνεμων v. 4. β) quia sic ἀνηρ nulla ratione redundare videri queat; sed quid? si aliquis dicat, emphasis, quam Ipse in ἀνηρ haud abs re querit, æque jam contineri in δυνατος, quam in τελειος; Maneat ergo recepta interpunctio. 2.) Οὐτος cum emphasi pronunciandum, ut valeat hic demum; Animum hic subit ΜΕΝΑΝΔΡΙ illud: ἀνδρος χαρακτηρ εκ λογι γνωριζεται, viri character ex sermone cognoscitur, nec non SENECA in Proverbiis: *Imago animi sermo est: qualis Vir, talis oratio: magnum est vocis & silentii temperamentum.* 3.) Epitheton τελειος A) vulgo accipitur de perfectione *absoluta* & summi gradus, qualem in hac vita assequi nemo hominum potest; ita v. g. CALOVIVS in B. f. ad b. l. „nulla causa est, cur a vocis proprietate discedamus; nunquam

quam enim lingua labi, perfectionis signum est,
quæ non cadit in hanc vitam, quod proposuerat sibi
Hieropſaltes Ps. XXXIX, 2. sed non aſſecutus eſt,
neque quisquam aſſequitur; omnis enim homo
mendax eſt Ps. CXVI, 11. omnes facti ſunt inutiles &c.
Ps. XIV, 3. & labimur lingua non tantum quoad
peccata *commissionis*, ſed etiam *omissionis*; Ecquis vero
ita perfectus, ut ſic non labatur? Hic ergo aſſertio
tantum eſt, non *applicatio*; *major propositio*, quæ ideam
ſiſtit viri perfecti, ſub qua vero *subſumere* nequit
quisquam; non enim, qui dicit, illum perfectum
eſſe, qui lingua non labitur, eo ipſo aliquem inveni-
niri ita perfectum afferit; A *præcepto ad poſſe* N.V.C.
nedum *ad eſſe*; Imo hac conditionali a majori ad mi-
nus omnibus perfectio negatur; — ſi vel minimum
membrum a lapsu cohiberi non potest, quanto mi-
nus membra alia, totum corpus, animus ipſe?
Enim vero ſi hæc Apostoli mens eſſet, argumentum
ejus, v. 2. propositum, *nimium probaret*, videlicet
non hoc tantum, quod munus docendi alios non
multi ambire aut adfectare debeant, ut v. 1. dixerat,
ſed etiam, quod nemo illud appetere, imo nec ob-

latum

latum ullo modo acceptare possit, quin damnationem suam augeat. Merito itaque alii B) intelligunt perfectionem comparatam & partium, ac ejusmodi gradus, qualis in hac jam vita obtineri potest. Sæpe namirum christiani vocantur *τελεῖοι*, ratione uberioris cognitio-
nis & sanctitatis, in oppos. ad *tirones*, I Cor. II, 6.
XIV, 20. Phil. III, 15. Ebr. V, 14. coll. VI, 1. &
in ipsa hac Jacobi Epistola C. I, 4. Sensus hic est:
ne quæso multi e vobis affectent Doctores esse, scientes,
quod nos Doctores magis judicium accepturi simus (si scil.
non docuerimus, ut par est) *nam in multis labimur*
omnes (& sermone impingere, seu lingua peccare,
facillimum,) *si quis in sermone non labatur,* (linguam
suam freno sapientiae moderari gnarus C. I, 26.)
hic demum est *vir perfectus*, (indeque idoneus qui
alios doceat.) Hoc enim Apostoli animo cum voce
τελεῖος obversatum fuisse, manifeste colligi potest
ex Ebr. V. ubi qui v. 12. *διδασκαλοι* dicuntur, in
oppos. ad eos, qui adhuc opus habent, doceri, v. 14.
vocantur *τελεῖοι* conf. I Cor. III, 1—3. ubi, qui
C. II, 6. *τελεῖοι* dicebantur, nunc vocantur *πνευματι-*
κοι in oppos. ad *σαρκικος* seu *νηπικος* ἐν *χεισῳ*. At
inquis,

inquis, ἐν λογῳ & πταιειν ipsi Apostolo res viribus
humanis superior audit v. 8. ubi, lingua, ait, nullus
hominum domare potest, malum quippe coerceri nescium;
consequenter etiam prædicatum τελειος perfectionem
notat in hac vita impossibilem; &c. etiam verba comm. 8.
non adeo crude sumenda, & ultra quam fas est pre-
menda esse, si accipientur de eo, quid potestatis ho-
mini relictum sit in linguam suam propriam, potissi-
mum vero de potestate hominis in aliorum linguam
intelligi debere, infra ad h. l. ostendetur.

§. V.

Δυνατος χαλιναγωγησαι και ολον το σωμα)

1.) rationem hæc continent asserti: quod is, qui in ser-
mone non labitur, sit vir perfectus, quia scil. talis po-
tens est, etiam totum corpus freno quasi regere.
2.) δυνατος cum emphasi dicitur pro δυναμενος, ut
2 Tim. I, 12. notat enim facultatem cum habitu.
3.) χαλιναγωγειν significat freno ducere, seu modera-
ri, quæ metaphora latius declaratur mox v. 3.
εχαλινον σωμα, os effrene, phrasis est Græcis frequens,
vid. GROTIUS ad h. l. & quæ ex Platone, Aristote-

D

phane